Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



est qui redempuit: xpus iesus qui mortuus
est: immo qui et resurrexit: qui est ad dex
teram dei: qui etiam interpellat p nobis Qs
nos separabit a caritate xpi Tribulacio an
an-gustia an persecucio. an fames. an nudit as.
an periculum. an gladius: sicut scriptum est.
quia propter te mortificamur tota die estima
ti sumus ut oues occisionis Sed in hys om
nibus superamus: propter eum qui dilexit nos
Certus sum enim: quia neq; mors neq; vita.
neq; angeli neq; principatus: neq; virtutes
neq; instantia. neq; fortitudo: neq; altitu
do: neq; profundum: neq; creatura alia potit nos
separare a caritate dei: que est in xpo iesu do
Ant. Dixit d. i. Sedm johem immo nõ
d. s. Hec mando vobis ut diligatis inuicem
Si mundus vos odit. scitote quia me priorem
vobis odio habuit Si de mundo fuissetis: mun
dus quod suum erat diligeret Quia vero de mun
do nõ estis: sed ego elegi vos de mundo: propte
rea odit vos mundus Memento te sermo
nis: quem ego dixi vobis: nõ est seruus ma
ior domino suo Si me persecuti sunt: et vos persequ
tur Si sermonem meum seruauerunt: et vestrum
seruabunt Sed hec omnia facient vobis propter
nomen meum: quia nesciunt eum qui misit
me Si non venissem et locutus fuissem eis.
peccatum non haberent Nunc autem excusacionem non
habent de peccato suo Qui me odit: et patrem
meum odit Si opa non fecissem in eis: que ne
mo alius fecit: peccatum non haberent Nunc autem

neq; fortitudo